O uis eternitatis que omnia ordinasti in corde tuo per uerbum tuum omnia creata sunt sicut uoluisti et ipsum uerbum tuum induit carnem in formatione illa que educta est de adam Et sic indumenta ipsius a maximo dolore abstersa sunt.

O quam magna est benignitas saluatoris qui omnia liberauit per incarnationem suam quam diuinitas exspirauit sine uinculo peccati. Et sic. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Et sic.

O magne pater in magna necessitate sumus nunc igitur obsecramus obsecramus te per uerbum tuum per quod nos constituisti plenos quibus indigemus nunc placeat tibi pater quia te decet ut aspicias in nos per adiutorium tuum ut non deficiamus et ne nomen tuum in nobis obscuretur et per ipsum nomen tuum dignare nos adiuuare.

O eterne deus nunc tibi placeat ut in amore illo ardeas ut membra illa simus que fecisti in eodem amore cum filium tuum genuisti in prima aurora ante omnem creaturam et inspice necessitatem hanc que super nos cadit et abstrahe eam a nobis propter filium tuum et perduc nos in leticiam salutis.

O uirtus sapientie que circuiens circuisti comprehendendo omnia in una uia que habet uitam tres alas habens quarum una in altum uolat et altera de terra sudat et tertia undique uolat. Laus tibi sit sicut te decet o sapientia.

O quam mirabilis est prescientia diuini pectoris que prescivit omnem creaturam nam cum deus inspexit faciem hominis quem

forma uit omnia opera sua in eadē forma ho
minis in tegrā as pexit o quā mirabilis ē in
spiratio que hominem sic suscita uit.

a. O pastor animarum et o prima uox per quā omnes
creati sumus nunc tibi tibi placeat ut dig
neris nos liberare de miseriis et languoribus nris.

a. O cruor sanguinis qui in alto sonuisti cū om
nia elementa se implicuerunt in lamentabilem
uocē cū tremore quia sanguis creatoris illa
tetigit ungue nos de languoribus nris.

a. Spiritus sanctus uiuificans uita de spu sco.
mouens omnia et radix ē in omni creatura
ac omnia de inmunditia abluit ter gens
crimina ac ungit uulnera et sic ē ful gens
ac laudabilis uita suscitans et re suscitans om

Ka ritas habundat in ant. -nia.
omnia de imis excellentissima sup si dera
atque amantissima in omnia quia summo
regi osculū pacis de dit.

O Splen di dissima gemma a. de sca maria.
et se re num de cus so
lis qui tibi in fu sus est fons sa
li ens de cor de pa tris qd ē
u nicū uerbum suum per quod cre a
uit mundi pri mam ma te riam
quam e ua tur bauit hoc uer bu
effa bri ca uit ti bi pa ter ho
minem et ob hoc es tu illa lucida ma
te ria per quā hoc ipsum uer bum ex
spirauit omnes uirtu tes ut eduxit
in prima ma te ria omnes creaturas.

O tu illustrata de di uina ant. de sca maria.
clari tate clara uirgo ma ria uer
bo de i in fu sa un de uenter
tuus floruit de in tro itu spi ri tus
dei qui in te suf fla uit et in te

re ex sin xit q̃d ... e
na abs tulit in abscisione puri tatis
p̃ contractam con ta gi o nem de sug
ges ti one diaboli. VERSUS.
Tu mirabiliter abscondisti in te in
macula tam carnẽ p̃ divinam ratio
nẽ cu fili us dei in uen tre tuo
flo ruit sancta divi nitate eius
educente con tra car nis
natura que con struxit eva integrita
ti co pulatum in divinis vis ce
Nunc ... a. d. s. maria ... ribus.
ape ruit no bis clausa
porta q̃d serpens in mulie re
suffocavit unde lucet in aurora flos
de virgi ne ma ri a. De s. maria.
Quia ergo femina mor tem instruxit
clara vir go illu interemit

et ideo ẽ summa benedictio in feminea
for ma pre omni creatura quia de us
factus ẽ homo in dulcissima et beata virgine
Cum processit factura digiti De s. maria. a.
dei for ma ta ad i maginẽ de
i mor tu mixti sanguinis p̃ peregrina
tionem casus ade elementa susceperunt
gaudi a in te o laudabilis ma ria
celo rutilante et in laudibus
sonant te De s. maria. a.
Cum erubuerint infelices in p̃ge
nie sua p̃cedentes in peregrinatione casus
tunc tu clamas cla ra voce hoc
modo homines elevans de isto ma li
cioso ca su
O quam magnum miraculum a. d. s. m.
est q̃d in subditam femineam formã
rex intro ivit hoc deus fecit quia

humilitas sup(er) omnia ascendit & o quam magna felicitas est in ista for ma q(ua) malicia que de femina fluxit hanc femi na postea detersit & omne suauissimum odo rem uirtutum edificauit ac celu(m) ornauit plus qua(m) terram prius turba uit. De s(an)c(t)a Maria

R. Aue Maria o auc trix ui te re e difi cando sa lu tem que mor tem con tur basti et ser pen te(m) con tri uisti ad que(m) se eua erex it erec ta ceruice cu(m) suffla tu super bie hunc con cal casti dum de ce lo genuisti que(m) spi ra uit spi ri tus di.

V. O dulcissima atq(ue) amantissima mater salue que na tum tuum de celo mis sum mundo edidisti. Que inspira uit. Glo ria pa tri et fi lio et spi ri tui sanc to. Que inspi. De s(an)c(t)a Maria.

R. O cla rissi ma ma ter sancte medici ne tu un gen ta p(er) sanctu(m) fi li um tuum infu disti in plangentia uul nera mor tis que e ua e difi cauit in tormenta ani maru(m) tu destruxisti mor tem edifican do uitam. O ra pro no bis ad tuum na tum stella ma ris Maria.

V. O uiuificum instrumentum et letum or namentum & dulcedo omnium

deliciarum que in te non de fi cient.
O ra. Glori a pa tri et fili
o et spiritui sanc to. O ra.

R. de s. maria.

O tu suauissi ma uir ga
frondens de stirpe iesse o quā magna
uir tus est qd diuinitas in pulcherri
mam filiam aspexit sicut aquila in
so lem oculum suum po nit cum
supernus pater claritatem uir gi
nis ad tendit ubi uerbū suum
in ipsa incarna ri uo
luit. V. Nam in mistico
misterio dei illustrata men te uirgi
nis mirabiliter clarus flos
ex ip sa uir gi ne ex iuit. Cū supn̄
Glo ria patri et filio et spiritui
sancto sic ut e rat
in principio. Cum supnus.

R. De s. maria.

O quam preciosa est uirginitas
uirginis huius que clau sam portam
ha bet et cuius uiscera sancta diui ni
tas calore suo infudit ita qd flos
in ea creuit & filius dei p secreta ipsius
quasi aurora ex iuit.
V. Unde dulce germen qd filius ipsius est
p clausuram mentis eius paradi sum aperuit.
Et filius dī.

De angelis. ant.

O gloriosissimi lux uiuens angeli qui
infra diuini tatem diuinos o culos
cum mistica obscuri tate om nis creatu
re aspi citis in ardentibus desi deriis
unde num quā potestis saciari o quā glo
riosa gaudia il la uestra ha bet
for ma que in uobis ē intacta ab

omni [illegible] pra uo opere quod pri mum
or tum est in uestro so cio per dito
angelo qui no la te re uo lu it
su pra in tus la tens pri na cu lum
de i unde ip se tortu o suis dimersus
est in ruinam sed ipsi ius in stru menta
ca sus consi li an do fac tu re di gniti
dei institu it.

De angelis. R.

O uos an
geli qui custo di tis po pu
los quo rum for ma ful get in
fa ci e ues tra et o uos ar
change li qui suscipi tis a ni mas
iusto rum et uos uirtutes po
tes ta tes prin ci pa tus do
mi na ti ones et tro ni qui
es tis computati in quintum se cre
tum nu me rum et o uos
che ru bin et se ra
phin si gil lum secre to rum de i
sit laus uo bis qui lo
cu lum antiqui cor dis in fon
te as
spicitis. V. Videtis enim
enim interio rem uim pa tris
que de corde il luis spi rat qua si
fa cies. Sit.

De prophetis et patriarchis.

O spectabiles uiri qui pertran
sistis occulta aspicientes per o culos
spi ritus et annuntiantes in luci da
umbra acutam et ui uen tem lu
cem in uirga germinantem que so la
flo ruit de introi tu radicantis
lu minis uos an tiqui sancti

pre dix istis saluationem geni
lum anima rum que inmerse fu e
rant morti qui circuistis ut ro te mi
mibili ter lo quentes mis tica mon
tis qui celum tangit p(er) tram
siens ungendo multas aquas cu(m) eti am
inter uos surrex it luci da
lucerna que ipsum monte(m) precurrens
ostendit. De patriarchis (et) prophetis:

O uos fe li ces ra di
ces cum qui bus o pus mi
raculorum et non o pus cri
mi num p(er) tor
rens i ter p(er) spi cu e
umbre plan ta tum est et
o ta rumi nans ignea uox pre
currens li man tem
la pi dem subuer tentem abyssum gaude
te in capite ues
tro. Gau de te in illo que(m)
non uiderunt in ter ris mul ti qui
ipsum ar denter uo caue runt.

O chohors mili ci e. De apostolis:
flo ris uirge non spinate tu
nus or bis terre cir cu iens regiones
insa no rum sen su um epu
lan tium cum portis quos ex pugnas
ti p(er) infusum adiutorem po nentis
radices in taberna cula pleni operis
uerbi pa tris tu etiam nobilis es gens
saluato ris intrans uiam regene
ra ti o nis aque p(er) ag num qui te
misit in gla di o inter seuissimos
ca nes qui su am glo riam de

struxerunt in operibus di gito rũ
suorum sta tuentes non ma nu fac tum
in subiectio ne manuum in quo non inuene[runt eum].

R. O lu ci De apostolis. dis si ma apostolo rum tur
ba surgens in uera agniti o ne et ape
riens clausuram magiste ri i dia bo
li ab lu en do cap
ti uos in fon te uiuen tis a que
tu es claris si ma lux
in nigerri mis tenebris fortissi mũ
q; ge nus columnarum sponsam agni
susten tans in omnibus ornamentis
ipsi us p cuius gaudi um ipsa ma
ter et uirgo est uex il la ta.

V. Agnus enim inmaculatus est sponsus ipsius
sponse inmaculate.

R. O specu lum De s.c.o Johe ew.
co lum be castissi me for
me qui inspexisti misticam largita tem
in purissi mo fonte o mira floriditas
que numquã arescens cecidisti quia al
tissimus plantator misit te. o suauissi
ma qui es amplexu um so lis tu es
specialis filius ag ni in electa
amicicia noue sobolis. De s. Johe ew.

O dulcis electe
qui in ardo re ardentis es
fulsis ti radix et qui in splendore patris
elucidasti mistica. et qui intrasti cubi
culum castitatis in aurea ciuitate quã
construxit rex cũ accepit sceptrũ
regio nũ prebe adiutori um peregri
nis. V. Tu enĩ aq̃sisti plu

uiam cum precessoribus tuis qui miserit
ill lam inuiriditatem pigmentariorum

O ... uncto *De martiribus* Prebe-
riosissimi triumphatores qui in effusione
sanguinis uestri salutantes edificatio
nem ecclesie intrastis sangui
nem agni epulantis cum uitu
lo occiso o quam magnam mercedem
habetis quia corpora uestra uiuentes
despexistis imitantes agnum dei
ornantes penam eius in qua uos intro
duxit in restaurationem hereditatis

R. Vos flores *De martiribus* ...tis
rosarum qui in effusione sanguinis
uestri beati estis in maximis
gaudiis redolentibus et sudantibus
in emptione que fluxit

de interiore mente consilii
manentis ante euum in illo in quo
non erat constitutio a ca
pite. V. Sit honor in con
sortio uestro qui estis instrumentum eccle
sie et qui in uulneribus uestri sangui
nis undatis. In illo. *De confessoribus.*

R. O uos imitatores excelse persone in pre
ciosissima et gloriosissima significatione
o quam magnus est uester ornatus ubi homo procedit
soluens et stringens in deo pigros et peregri
nos etiam ornans candidos et nigros et
magna onera remittens.
V. Nam et angelici ordinis officia habetis
et fortissima fundamenta prescitis ubicumque
constituenda sunt unde magnus est uester
honor. Gloria. ornans.

470a

De confess.

A. O successores fortissimi leonis inter templum et altare dominantes in ministratione eius sicut angeli sonant in laudibus et sicut assunt populis in adiutorio vos estis inter illos qui hec faciunt semper curam habentes in officio agni.

De s[an]c[t]o Dysibodo.

A. O mirum admirandum quod abscondita forma precellit ardua in honesta statura ubi vivens altitudo profert mistica. Unde o Disibode de surgens in fine succurrentis floris omnium ramorum mundi ut primum surrexit isti. Euouae.

De s. Dysibodo

R. O viriditas digiti dei in qua deus constituit plantationem que in excelso resplendet ut statuta columna tu gloriosa in preparatione dei. V. O altitudo montis que numquam dissipaberis in differentia dei tu tamen stas a longe ut exul sed non est in potestate armati qui te rapiat. Tu gloriosa. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Tu gloriosa.

R. O felix anima cuius corpus de terra ortum est quod tu cum peregrinatione huius mundi conculcasti unde de divina racionalitate que te speculum suum fecit coronata es. Spiritus sanctus etiam te ut habitaculum suum intuebatur. Unde. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Unde.

A. O beata infantia electi Disibodi que adeo ita inspirata est quod postea sanc

tissima opera in mutabilibus de. i ut sua-

uissimum odorem balsami in effundas-

ti. euouae De s. Ruberto.

A. O felix apparicio cum in amico dei

Ruperto flamma uite choruscauit i ta

quod caritas de i in corde eius fluxit ti

mo rem domini amplectens unde etiam

agnitio e ius in supernis ciuibus flo

ruit.

A. O beatissime Ru perte

qui in flo re etatis tu e non pro

duxisti nec portasti uicia di abo

li unde nau fragum mundum

reliquisti nunc intercede pro famulan

tibus tibi in de

o ac uia. euouae.

A. Quia a fe lix puericia in laudabili

Ruperto ad deum anhelauit et mundum

reliquit ideo ipse in celesti armonia ful

get et ideo etiam angelica tur ba fili

um dei laudando conci nit. euouae.

A. O pulcre facies De uirginibus.

de um aspicientes et in aurora edifi can

tes o be ate uirgines quam nobiles estis

in qui bus rex se considerauit cum in uo

bis omnia celestia ornamenta presignauit

ubi etiam suauissimus ortus estis in omni

bus ornamentis redolen

tes. euouae. Item de uirginibus

R. O nobilissi ma

uiridi tas que radi cas in so

le et que in candi da

sereni tate luces in rota quam

nulla terre na excellenci

471a

a comprehendit tu circumdata es
amplexi bus di ui
norum mi
nisterio rum. Tu rubes ut aurora et
ardes ut solis flamma. De undecim milib[us] v[ir]g[inum].

R. Fauus distillans ursula uirgo fu
it que agnum dei amplecti deside
ra uit mel et lac sub lingua eius
qui a pomiferum hortum et flores
florum in turba uirginum ad se
colle git.

V. Unde in nobilissima au ro ra gau
de filia sy on. Qui a. Glo ria
pa tri et fi li o et spiritui
sanc to. Qui a pomiferu[m]

Itē R. Spiri tu i sanc to honor sit qui
in mente ursu le uirgi nis uirgina
lem tur bam ue lut columbas colle
git unde ipsa patriam suam sicut
abraham reliquit et etiam propter am
plexionem ag ni desponsatio ne[m]
ui ri si bi ab straxit.

R. Nam iste castissimus et aureus exerci
tus in uirgineo crine mare transiuit
o quis umquam talia au diuit.
Et etiam. Gloria patri et filio et
spiritui sancto. Et etiam. Gloria
patri et filio et spiritui sancto.

Itē O rubor sanguinis qui de ex
celso illo fluxisti quod diuinitas tetigit
tu flos es quē hyemps de fla tu ser
pen tis num quam le sit.

Laudes:

Studium diuinitatis in laudibus
excel sis osculu[m] pacis ursule uirgini

cum turba sua in omnibus populis de di-

evovae. A Unde quocumque venientes per-

venerunt velut cum gaudio celestis pa-

radysi suscepte sunt qui a in religio-

ne mo rum honorifice apparuerunt.

evovae. A De patria etiam earum et

de ali is regionibus viri religiosi et

sapientes ipsis adiuncti sunt qui eas in

virginea custodia servabant et qui

eis in omnibus ministrabant. evovae.

A Deus enim in prima mulie re pre signa-

vit ut mulier virginum custodia nutrire-

tur. evovae. A Aer enim volat et cum om-

nibus creaturis officia sua exercet et fir-

mamentum eum sustinet ac aer in auribus istius

pascitur. evovae. Ant. Et ideo puel-

le iste per summum virum sustentabantur.

vexillate in regali prole virgineę natu re.

evovae. A Deus enim rorem in illas misit de

quo multiplex fama crevit ita quod om-

nes populi ex hac honorabili fama velut ci-

bum gustabant. evovae. A Sed diabolus in-

invidia sua istud irrisit quia nullum opus

dei intactum dimisit. evovae. De innocentibus

R ex nos ter promptus est

suscipere sanguinem innocentum unde

angeli concinunt et in laudibus sonant

sed nubes sup er eundem sanguinem plan-

gunt. V Tyrannus autem

in gravi somno mortis propter maliciam

suam suffocatus est. Sed nubes. Gloria

patri et filio et spiritui sancto. Sed

In dedicatione ecclesie

O virgo eccle si a

plangendum est quod sevissimus lu pus filios

tuos de la tere tu o abstergeit o ue callido

ser penti s; o quã preciosus est sanguis sal

uato ris qui in uetullo re gis ecclesiam

ipsi desponsauit unde filios illius requirit.

Nunc gaudeant materna uiscera *In dedicatione ecclie.*

eccle sie qui a in su per na simpho nia

filii ei us in sinum suum collo ca ti sunt

unde o tur pissime ser pens confusus

es quoniã quos tua estimatio in uisceribus

suis ha buit nunc fulgent in sanguine filii

de i et ideo laus tibi sit rex altissime alle

luia.

O orzchis *ecclie lx̃ ideo*

ecclesia armis diuinis precincta et iacinc

to or nata tu es caldemia stigmatum loi

sorum et urbs scientiarum o o tu es etiã

crizanta in alto sono et es chorzta

gemma.

O choruscans lux stellarum

o splendidissima specialis for ma rega

lium nuptiarum o fulgens gemma

tu es ornata in alta psona que non habet

maculatam rugam, tu es etiam soci a

angelo rum et ci uis sanc torum

fuge fuge speluncam antiqui pditoris

et ueniens ueni in palatium re

gis.

Kyri e leyson.

Xpe leyson. Ky

ri e leyson.

Kyri e leyson.

Sequentia de spiritu sancto.

O ignis spiritus paracliti vita vite
omnis creature sanctus es vivificando
formas. Sanctus es ungendo periculo
se fractos sanctus es tergendo fetida
vulnera. O spiraculum sanctitatis o ig
nis caritatis o dulcis gustus in pectoribus
et infusio cordium in bono odore virtu
tum. O fons purissimus in quo conside
ratur quod deus alienos colligit et
perditos requirit. O lorica vite et spes
compaginis membrorum omnium et
o cingulum honestatis salva beatos.
Custodi eos qui carcerati sunt ab ini
mico et solve ligatos quos divina vis
salvare vult. O iter fortissimum quod
penetravit omnia in altissimis et in
terrenis et in omnibus abyssis tu
omnes compo nis et colligis. De te nubes
fluunt ether volat lapides humorem
habent aque rivulos educunt et terra
viriditatem sudat. Tu etiam semper educis
doctos per inspirationem sapientie letifica
tos. Unde laus tibi sit qui es sonus laudis
et gaudium vite spes et honor fortissi
mus dans premia lucis.

Ymnus de spiritu sancto.

O ignee spiritus laus tibi sit qui
in tympanis et citharis operaris. Men
tes hominum de te flagrant et taberna
cula animarum eorum vires ipsarum con
tinent. Inde voluntas ascendit et gustum
anime tribuit et eius lucerna est desideri
um. Intellectus te in dulcissimo sono ad
vocat ac edificia tibi cum racionalitate
parat que in aureis operibus sudat. Tu

autem semper gladium habes illud abscide
re quod noxiale pomum per nigerrimum ho
micidium profert. Quando nebula volun
tatem et desideria tegit in quibus ani
ma volat et undique circuit. Sed mens est
ligatura voluntatis et desiderii. Cum ve
ro animus se ita erigit quod requirit pupil
lam mali videre et maxillam nequicie tu
eum cecus in igne comburis cum volueris. Sed et cum
racionalitas semper mala opera ad prona decli
nat tu eam cum vis stringis et confringis et
reducis per infusionem experimentorum. Quan
do autem malum ad te gladium suum educit tu il
lud in cor illius refringis sicut in primo perdi
to angelo fecisti ubi turrim superbie illius in
infernum deiecisti. Et tibi aliam turrim in
publicanis et peccatoribus elevasti qui tibi

peccata sua cum operibus suis confitentur.
Unde omnes creature que de te vivunt
te laudant quia tu preciosissimum ungen
tum es fractis et fetidis vulneribus ubi
illa in preciosissimas gemmas convertis.
Nunc dignare nos omnes ad te colligere
et ad recta itinera dirige. Ite a m.

A ev ia

O vir ga mediatrix
sancta viscera tua a mor tem superave
runt et venter tu us omnes crea
turas illumina vit in pulcro flore de
suavissima integritate clausi pudoris
tu i or
to. Sequentia de sancta Maria.

O virga ac diadema purpure regis
que es in clausura tua sicut lorica. Tu

frondens floruisti in alia vicissitudine
qua adam omne genus humanum produ
ceret. Ave ave de tuo ventre alia vita
processit qua adam filios suos denudaverat.
O flos tu non germinasti de rore nec de
guttis pluvie nec aer desuper te volavit sed
divina claritas in nobilissima virga te
produxit. O virga floriditatem tuam
deus in prima die creature sue previderat
Et de verbo suo auream materiam
o laudabilis virgo fecit. O quam mag
num est in viribus suis latus viri de quo
deus formam mulieris produxit quam fecit
speculum omnis ornamenti sui et amplexi
onem omnis creature sue. Inde conci
nunt celestia organa et miratur omnis
terra o laudabilis maria quia deus te

valde amavit. quam valde plangendum et
lugendum est quod tristicia in crimine per con
silium serpentis in mulierem fluxit. Nam
ipsa mulier quam deus matrem omnium posuit
viscera sua cum vulneribus ignorantie decerpsit
et plenum dolorem generi suo protulit. Sed
o aurora de ventre tuo novus sol processit qui
omnia crimina eve abstersit et maiorem be
nedictionem per te protulit quam eva hominibus
nocuisset. Unde o salvatrix que novum lu
men humano generi protulisti collige mem
bra filii tui ad celestem armoniam.

O viridissima virga ave que Ves. Maria.
in ventoso flabro sciscitationis sanctorum
prodisti. Cum venit tempus quod tu flo
ruisti in ramis tuis ave ave sit tibi quia
calor solis in te sudavit sicut odor balsami.

474a

Nam in te floruit pulcher flos qui odorem dedit omnibus aromatibus que arida erant. Et illa apparuerunt omnia in uiriditate plena. Unde celi dederunt rorem super gramen et omnis terra leta facta est quoniam uiscera ipsius frumentum protulerunt et quoniam uolucres celi nidos in ipsa habuerunt. Deinde facta est esca hominibus et gaudium magnum epulantium unde o suauis uirgo in te non deficit ullum gaudium. Hec omnia eua contempsit. Nunc autem laus sit altissimo. Ymnus de sancta maria.

Aue generosa gloriosa et intacta puella tu pupilla castitatis tu materia sanctitatis que deo placuit. Nam hec superna infusio in te fuit quod supernum uerbum in te carnem induit. Tu candidum lilium quod deus ante omnem creaturam inspexit

O pulcherrima et dulcissima quam ualde deus in te delectabatur cum amplexione caloris sui in te posuit ita quod filius eius de te lactatus est. Venter enim tuus gaudium habuit cum omnis celestis symphonia de te sonuit quia uirgo filium dei portasti ubi castitas tua in deo claruit.

Viscera tua gaudium habuerunt sicut gramen super quod ros cadit cum ei uiriditatem infundit. ut et in te factum est o mater omnis gaudii. Nunc omnis ecclesia in gaudio rutilet ac in symphonia sonet propter dulcissimam uirginem et laudabilem mariam dei genitricem. Amen.

Mathias sanctus. Ymnus de sancto mathia. per electionem uir preliator per uictoriam ante sanguinem agni electionem non habuit

sed tardus in scientia fuit quasi homo
qui perfecte non in gilat. D omini dei illum
excitavit unde ipse pre gaudio sicut gygas
in viribus suis surrexit quia deus illum pun-
dit sicut hominem quem de limo formavit
cum primus angelus cecidit qui dominum negavit.
Homo qui electionem vidit ve ve cecidit
boves et arietes habuit sed faciem suam ab
eis retrorsum duxit et illos dimisit. Unde
foveam carbonum invasit et desideria sua
osculatus in studio suo illam sic olimpum
exivit. Tunc mathias per electionem divini-
tatis sicut gygas surrexit quia deus illum
posuit in locum quem perditus homo noluit
o mirabile miraculum quod sic in illo resplen-
duit. D eus enim ipsum previdit in miraculis
suis cum non dum haberet meritum operationis

sed misterium dei in illo gaudium habuit quod idem
per institutionem suam non habebat. O gaudium
gaudiorum quod deus sic operatur cum nescienti homini
gratiam suam impendit ita quod parvulus nescit
ubi magnus volat cuius alas deus parvulo tri-
buit. D eus enim gustum in illo habet qui seipsum
nescit quia vox eius ad dominum clamat sicut
mathias fecit qui dixit o deus deus meus qui me
creasti omnia opera tua sunt. N unc ergo gau-
deat omnis ecclesia in mathia quem deus in forma-
ne columbe sic elegit a- men.

De S. Bonifacio.

O bonifaci lux vivens
vi dit te simi lem viro sapienti qui puros
rivulos ex deo fluentes ad deum remisis-
ti cum viriditate florum rigasti unde es
amicus dei viventis et cristallus lucens
in benivolentia rectarum viarum in quibus

sapienter cucur ris

ri

Sequentia de s. Dysibodo

O presul uere ciuitatis qui in templo angularis lapidis ascendens in celum in terra prostratus fuisti propter deum. Tu peregrinus a semine mundi desiderasti exul fieri propter amorem xpi. O mons clause mentis tu assidue pulcram faciem aperuisti in speculo co lum be. Tu in absconso latuisti inebriatus odore florum per cancellos sanctorum emicans deo. O culmen in clauibus celi quod propter perspi cuam uitam mundum uendidisti hoc certa men alme confessor semper habes in domino. In tua enim mente fons uiuus clarissima luce purissimos riuulos eduxit per uiam salutis. Tu magna turris ante altare summi dei et huius turris culmen obumbrasti per fumum aroma tum. O disibode in tuo lumine per exempla puri soni membra mirifice lau dis edificasti in duabus partibus per fi li um homi nis. In alto stas non erubescens ante deum uiuum et protegis uiridi rore lau dantes deum ista uoce. O dulcis uita et o beata perseuerantia que in hoc beato disibo do gloriosum lumen semper edificasti in celesti ierusalem. Nunc sit laus deo in for ma pulcre tonsure uiriliter operante. Et superni ciues gaudeant de his qui eos hoc imitantur.

De s. euch.

O eucha ri co lumba uir tutem illius in signis tibi de dit qui o lum in medio rote clamauit quem cum amplius corpora liter non uidisti plena signa in umbra il lius perfe

cisti. Et sic in pectore
eius fulsisti ac in cherubim sigillu fecisti.

de s. euchario Sequentia

O euchari in leta uia ambu Que
lasti ubi cu filio dei mansisti illu tangen
do et miracula eius que fecit uidendo.
Tu cu pfecte a masti cu sodales tui ex
territi erant p eo qd homines erant
nec possibilitate habebant bona pfecte in
tueri. Tu aute in ardente amore plene
caritatis illum amplexus es cu manipulos
pceptor ei adte collegisti. O euchari ual
de beatus fuisti cu uerbu di te in igne co
lumbe imbuit ubi tu quasi aurora illumi
natus es et sic fundamentu ecclie edificas
ti. Et in pectore tuo choruscat dies in quo
tria tabernacula sup marmoream colup
na stant in ciuitate dei. Per os tuum
ecclesia ruminat uetus et nouu uinum ui
delicet poculum sanctitatis. Sed in tua doc
trina ecclesia effecta est racionalis ita qd sup
montes clamauit ut colles et ligna se de
clinarent ac mamillas illius sugerent. Nunc
in tua cla ra uoce filium di ora p hac tur
ba ne in cerimoniis dei deficiat s; ut uiuens
holocaustum ante altare dei fiat.

Sequentia de sco maximino.

Columba aspexit p cancellos
fenestre ubi ante faciem eius sudando su
dan balsamum de lucido maximino. Ca
lor solis exarsit et in tenebras resplenduit
unde gemma surrexit in edificatione tem
pli purissimi cordis beniuoli. Iste turris
excelsa de ligno libani et cipresso facta. ia
cincto et sardio ornata est. urbs pcellens
artes aliorum artificum. Ipse uelox cer

nus cucurrit ad fontem purissime aque fluentis de fortissimo lapide qui dulcia aromata uini gaudit. O pigmentarii qui estis in suauissima uiriditate hortorum regis ascendentes in altum quando sanctum sacrificium in arietibus perfecistis. Inter uos fulget hic artifex paries templi qui desiderauit alas aquile osculando nutricem sapientiam in gloriosa fecunditate ecclesie. O maximine mons et uallis es et in utroque alta edificatio appares ubi capricornus cum elephante exiuit et sapientia in deliciis fuit. Tu es fortis et suauis in cerimoniis et in choruscatione altaris ascendens ut fumus aromatum ad columpnam laudis. Ubi intercedis pro populo qui tendit ad speculum lucis cui laus est in altis. De sancto ruperto.

O ierusalem aurea ciuitas ornata regis purpura. O edificatio summe bonitatis que es lux numquam obscurata. Tu enim es ornata in aurora et in calore solis. O beata pueritia que rutilas in aurora et o laudabilis adolescentia que ardes in sole. Nam tu o nobilis ruperte in his sicut gemma fulsisti unde non potes abscondi stultis hominibus sicut nec mons ualli celatur. Fenestre tue ierusalem cum topazio et saphiro specialiter sunt decorate. In quibus dum fulges o ruperte non potes abscondi tepidis moribus sicut nec mons ualli coronatus rosis liliis et purpura in uera ostensione. O tener flos campi et o dulcis uiriditas pomi et o sarcina sine medulla que non flectit pectora in crimina. O uas nobile

quod non est pollutum nec deuoratum in sal
tatione antique spelunce et quod non est macu
latum in uulneribus antiqui proditoris.
Inter symphonizat spiritus sanctus quia
angelicis choris associaris et quoniam in filio
dei ornaris cum nullam maculam habes.
Quod uas decorum tu es o ruperte qui in
pueritia et in adolescentia tua ad deum
anhelasti in timore dei et in amplexione
caritatis et in suauissimo odore bonorum
operum. O ierusalem fundamentum tuum
positum est cum torrentibus lapidibus quod
est cum publicanis et peccatoribus qui perdite
oues erant sed per filium dei inuente ad te
cucurrerunt et in te positi sunt. Deinde
muri tui fulminant uiuis lapidibus
qui per summum studium bone uoluntatis quasi
nubes in celo uolauerunt. Et ita turres tue
o ierusalem rutilant et candent per ruborem
et per candorem sanctorum et per omnia orna
menta dei que tibi non desunt o ierusalem.
Vnde uos o ornati et o coronati qui habitatis
in ierusalem et o tu ruperte qui es socius eorum
in hac habitatione succurrite nobis famulan
tibus et in exilio laborantibus. De undecim milibus virginum.

O ecclesia oculi tui similes saphyro sunt
et aures tue monti bethel et nasus tuus est
sicut mons myrre et thuris et os tuum quasi sonus
aquarum multarum. In uisione uere fidei
ursula filium dei amauit et uirum cum hoc
seculo reliquit et in solem aspexit atque pul
cherrimum iuuenem uocauit dicens. In
multo desiderio desideraui ad te uenire et
in celestibus nuptiis tecum sedere per alienam

477a

uiam ad te currens uelut nubes que in purissimo aere currit similis saphiro. Et postquam ursula sic dixerat rumor iste per omnes populos exiit. Et dixerunt innocentia puellaris ignorantie nescit quid dicit. Et ceperunt ludere cum illa in magna symphonia usque dum ignea sarcina super eam cecidit. Unde omnes cognoscebant quia contemptus mundi est sicut mons bethel. Et cognouerunt etiam suauissimum odorem mirre et thuris quoniam contemptus mundi super omnia ascendit. Tunc diabolus membra sua inuasit que nobilissimos mores in corporibus istis occiderunt. Et hoc in alta uoce omnia elementa audierunt et ante thronum dei dixerunt. Wach rubicundus sanguis innocentis agni in desponsatione sua effusus est. Hoc audiant omnes celi et in summa symphonia laudent agnum dei quia guttur serpentis antiqui in istis margaritis materie uerbi dei suffocatum est. Ymnus.

Cum uox sanguinis ursule et innocentis turbe eius ante thronum dei sonuit antiqua prophetia uenit per radicem mambre in uera ostensione trinitatis et dixit. Iste sanguis nos tangit nunc omnes gaudeamus. Et postea uenit congregatio agni per arietem in spinis pendentem et dixit. Laus sit in ierusalem per ruborem huius sanguinis. Deinde uenit sacrificium uituli quod uetus lex ostendebat sacrificium laudis circumamicta uarietate et que faciem dei moysi obnubilabat dorsum illi ostendens. Hoc sunt sacerdotes qui per linguas suas

deum ostendunt et perfecte cum viderit non pos
sunt. Et dixerit. O nobilissima turba virgo
ista que in terris ursula vocatur in summis co
lumba nominatur quia innocentem turba
ad se collegit. Turba magna quam incombus
tus rubus quem moyses viderat significat
et quam deus in prima radice plantaverat in
homine quem de limo formaverat ut sine
commixtione viri viveret cum clarissima vo
ce clamavit in purissimo auro thopazio et
saphiro circumamicta in auro. Nunc gaude
ant omnes celi et omnes populi cum illis ornen
tur. a men. Symphonia virginum.

O dulcissime amator. o dulcissime ample
xator adiuva nos custodire virginitatem
nostram. Nos sumus orte in pulvere heu he
u et in crimine ade valde durum est contra
dicere quod ha bet gustus pomi tu erige nos sal
vator xpiste. Nos desideramus ardenter te sequi o quam
grave nobis miseris est te immaculatum et innocentem
regem angelorum i mitari. Tamen confidimus in te quod
tu desideres gemmam requirere in putredine. Nunc advo
camus te sponsum et consolatorem qui nos redemisti in cru
ce. In tuo sanguine copulate sumus tibi cum
desponsatione repudiantes virum et eligentes
te filium dei. o pulcherrima forma o suavis
simus o dor desiderabilium delicia rum
semper suspiramus post te in lacrimabili exilio quan
do te videamus et tecum maneamus. Nos sumus in mun
do et tu in mente nostra et amplectimur te in corde
quasi habeamus te presentem. Tu fortissimus leo ru
pisti celum descendens in aulam virgi nis et de
struxisti mortem edificans vitam in aurea ciu
tate. [D]a nobis societatem cum illa et permanere

475

ite o dulcissime sponse qui abstraxisti nos de faucibus diaboli primum parentem nostrum seducentis:

O pater omnium et rex et imperator gentium qui construxisti nos in costa prime matris que construxit nobis magnum casum erumpne et nos secute sumus illam in ipsa causa in exilio sociantes nos illi dolori. O tu nobilissime genitor per summum studium currimus ad te et per dilectissimam atque per dulcissimam penitentiam que nobis per te venit anhelamus ad te et post dolorem nostrum denotissime amplectimur te. O gloriosissime et pulcherrime, xpe qui es resurrectio vite nos reliquimus propter te fertile amorem coniunctionis et comprehendimus te in superna karitate et in virginea virga nativitatis tue ac in altera vice copulate sumus tibi quam prius essemus secundum carnem.

Adiuva nos perseverare et tecum gaudere et atque numquam separari.

Incipit ordo virtutum.

Patriarche et prophete.

Qui sunt hi qui ut nubes. Virtutes.

O antiqui sancti quid admiramini in nobis? verbum dei clarescit in forma hominis et ideo fulgemus cum illo, edificantes membra sui pulcri corporis.

Patriarche et prophete.

Nos sumus radices et nos rami fructus viventis oculi, et nos umbra in illo fuimus.

Querela animarum in carne positarum.

O nos peregrine sumus. quid fecimus ad peccata deviantes? filie regis esse debuimus, sed in umbram peccatorum cecidimus. O tu vivens sol porta nos in humeris tuis in iustissimam hereditatem quam in adam perdidimus. O rex regum in tuo prelio pugnamus.

Felix anima.

O dulcis divinitas et o suavis vita in qua perferam vestem preclaram illud accipiens quod perdidi in prima apparitione, ad te suspiro et omnes virtutes invoco.

Virtutes.

O felix anima et o dulcis creatura dei que edificata es in pro

funda altitudine sapientie dei multum amas.
*Anima* felix. O libenter veniam ad vos ut prebeatis mi
osculum cordis. *Virtutes:* Nos debemus militare te
*sc. gravata anima*
cum o filia regis. *Anima:* O gravis labor et o du
rum pondus quod habeo in veste huius vite quia
nimis grave michi est contra carnem pugnare.
*Virtutes ad animam illam.*
O anima voluntate dei constituta et o felix
instrumentum quare tam flebilis es contra hoc
quod deus contrivit in virginea natura tu debes
in nobis superare diabolum. *Anima illa:* Succurrite
michi adiuvando ut possim stare. *Scientia dei ad animam illam.*
Vide quid illud sit quo es induta filia salvatio
nis et esto stabilis et numquam cades. *Infelix anima:*
O nescio quid faciam aut ubi fugiam o ve
michi non possum perficere hoc quod sum induta certe
illud volo abicere. *Virtutes:* O infelix conscientia
o misera anima quare abscondis faciem tuam

coram creatore tuo. *Scientia dei:* Tu nescis nec
vides nec sapis illum qui te constituit. *Anima illa:*
Deus creavit mundum non facio illi iniuriam
*Strepitus diaboli ad animam illam.*
sed volo uti illo. Fatue fatue quid prodest tibi labora
re. respice mundum et amplectetur te magno honore.
*Virtutes:* O plangens vox est hec maxi
mi doloris ach ach quedam mirabilis vic
toria in mirabili desiderio dei surrexit
in qua delectatio carnis se latenter abscondit
heu heu ubi voluntas crimina nescivit et
ubi desiderium hominis lasciviam fugit. Luge
luge ergo in his innocentia que in pudore bo
no integritatem non amisisti et que avariciam
gutturis antiqui serpentis ibi non de
*Diabolus:* Que est hec potestas quod nullus sit preter deum
Ego autem dico qui voluerit me et voluntatem meam sequi
vorasti. dabo illi omnia. tu vero tuis sequacibus nichil habes quod
dare possis quia etiam vos omnes nescitis quid sitis. *Humilitas:*
Ego cum meis sodalibus bene scio quod tu
es ille antiquus dracho qui super summum vola
re voluisti sed ipse deus in abyssum precipitavit te.

*Virtutes.*

Nos autem omnes in excelsis habitamus. *Humilitas:*

Ego humilitas regina virtutum dico: venite ad me virtutes et enutriam vos ad requirendam perditam dragmam et ad coronandum in perseverantia feliciter.

*Virtutes.* O gloriosa regina et o suavissima mediatrix libenter venimus.

*Humilitas:* Ideo dilectissime filie teneo vos in regali thalamo.

*Karitas.* Ego karitas flos amabilis venite ad me virtutes et perducam vos in candidam lucem floris virge.

*Virtutes.* O dilectissime flos ardenti desiderio currimus ad te.

*Timor dei.* Ego timor dei vos felicissimas filias preparo ut inspiciatis in deum vivum et non pereatis.

*Virtutes.* O timor valde utilis es nobis habemus enim perfectum studium nunquam a te separari.

*Diabolus:* Euge euge quis est tantus timor et quis est tantus amor? Ubi est pugnator et ubi est remunerator? Vos nescitis quid colitis.

*Virtutes.* Tu autem exterritus es per summum iudicem quia inflatus superbia mersus es in gehennam.

*Obedientia.* Ego lucida obedientia venite ad me pulcherrime filie et reducam vos ad patriam et ad osculum regis.

*Virtutes.* O dulcissima vocatrix nos decet in magno studio pervenire ad te.

*Fides.* Ego fides speculum vite venerabiles filie venite ad me et ostendo vobis fontem salientem.

*Virtutes.* O serena speculata habemus fiduciam pervenire ad verum fontem per te.

*Spes.* Ego sum dulcis conspectrix viventis oculi quam fallax torpor non decipit unde vos o tenebre non potestis me obnubilare.

*Virtutes.* O vivens vita et o suavis consolatrix tu mortifera mortis vincis et vidente oculo claustrum celi aperis.

*Castitas.* O virginitas in regali thalamo stas o quam dulciter ardes in amplexibus regis cum te sol perfulget ita quod nobilis flos tuus nunquam cadet

o uirgo nobilis te numquam inueniet umbra
in cadente flore. *Virtutes.* Flos campi cadit
uen to pluuia spargit eum. o uirgo in te as
ti permanes in symphoniis su pernorum ciuium
unde es suauis flos qui numquam a resces.
*Innocentia.* Fugite o ues spurcicias di aboli.
*Virtutes.* Has te succurrente fugiemus. *Contemptus mundi.*
Ego contemptus mundi sum candor uite. o mi
sera terre peregrinatio in multis laboribus te
dimitto. o uirtutes uenite ad me et ascen
damus ad fontem uite. *Virtutes.* O gloriosa
domina tu semper habes certamina xpisti o mag
na uirtus que mundum conculcas. unde etiam
uictoriose in celo habitas. *Amor celestis.* Ego
aurea porta in celo fixa sum qui per me transit
numquam amaram petulantiam in mente sua gus
tabit. *Virtutes.* O filia regis tu semper es in amplexi
bus quos mundus fugit. o quam suauis est tua dilec
tio in summo deo. Ego sum amatrix sim
plicium morum qui turpia opera nesciunt sed semper
in regem regum aspicio et amplector eum in honore
altissimo. *Virtutes.* O tu angelica so cia tu es
ualde or nata in regalibus nup ti is. *Verecundia.*
Ego obtenebro et fu go atque conculco
omnes spurcicias diaboli. *Virtutes.* Tu es in edificatio
ne celestis ierusalem flo rens in candidis liliis.
*Misericordia.* O quam amara est illa du ricia que non cedit
in mentibus misericorditer dolori succurrens ego
autem omnibus dolentibus manum porrigere uo lo.
*Virtutes.* O laudabilis mater peregrinorum tu semper er
erigis illos atque ungis pauperes et debiles.
*Victoria.* Ego uicto ria uelox et fortis pug
natrix sum in lapide pugna serpentem an
ti quum con cul co. *Virtutes.* O dulcissima

480a

bellatrix in torrente fonte qui absorbuit lupum
rapacem. o gloriosa coronata nos libenter militamus

Discretio

tecum contra illusorem hunc. Ego discretio sum
lux et dispensatrix omnium creaturarum indifferen-
tia dei quam adam a se fugavit per lasciviam morum.
O pulcherrima mater quam dulcis et quam suavis es

Pacientia

quia nemo confunditur in te. Ego sum colum-
na que molliri non potest quia fundamentum meum

Virtutes

in deo est. O firma que stas in caverna petre et
o gloriosa bellatrix que suffers omnia.
O filie israhel sub arbore suscitavit vos deus
unde in hoc tempore recordamini plantationis
sue. gaudete ergo filie syon. Virtutes Heu heu
nos virtutes plangamus et lugeamus quia ovis domini

Querela anime penitentis et virtutes invocantis

fugit vitam. O vos regales virtutes quam
speciose et quam fulgentes estis in summo so-le
et quam dulcis est vestra mansio et ideo ve
michi quia a vobis fugi. Virtutes O fugitive
veni veni ad nos et deus suscipiet te. Anima illa
Ach ach fervens dulcedo absorbuit me in pec-
catis et ideo non ausa sum intrare. Virtutes Noli ti-
mere nec fugere quia pastor bonus querit
in te perditam ovem suam. Anima illa Nunc est michi
necesse ut suscipiatis me quoniam in vulneribus feteo
quibus antiquus serpens me contaminavit.

Virtutes

Currite ad nos et sequere vestigia in illa in quibus num-
quam cadet in societate nostra et deus curabit te.

ad virtutes

Penitens anima Ego peccator qui fugi vitam
plenus ulceribus veniam ad vos ut prebeatis michi
scutum redemptionis. O tu omnis militia re-
gine et o vos candida lilia ipsius cum rosea pur-
pura inclinate vos ad me quia peregrina a vo-
bis exulavi et adiuvate me ut in sanguine
filii dei possim surgere. Virtutes O anima fu-

gitiua esto robusta et indue te arma lucis.

aia illa: Et o uera medicina humilitas prebe michi auxilium quia superbia in multis uiciis fregit me multas cicatrices michi imponens. nunc fugio ad te et ideo suscipe me. humilitas: O omnes uirtutes suscipite lugentem peccatorem in suis cicatricibus propter uulnera xpi et perducite eum ad me. uirtutes: Volumus te reducere et nolumus te deserere et omnis celestis milicia gaudet super te. ergo decet nos in symphonia sonare. humilitas: O misera filia uolo te amplecti quia magnus medicus dura et amara uulnera propter te passus est. uirtutes: O uiuens fons quam magna est suauitas tua qui faciem istorum in te non amisisti sed acute preuidisti quomodo eos de angelico casu abstraheres qui se estimabant illud habere quod non licet sic stare. unde gaude filia syon quia deus tibi multos reddit quos serpens de te abscidere uoluit qui nunc in maiori luce fulgent quam prius illorum causa fuisset.

diabolus: Que es aut unde uenis tu amplexata es me et ego foras eduxi te. sed nunc in reuersione tua confundis me. ego autem pugna mea deiciam te.

penitens anima: Ego omnes uias meas malas esse cognoui et ideo fugi a te modo autem o illusor pugno contra te. aia illa: Inde tu o regina humilitas tuo medicamine adiuua me.

humilitas ad uictoriam: O uictoria que istum in celo superasti curre cum militibus tuis et omnes ligate diabolum hunc. uictoria ad uirtutes: O fortissimi et gloriosissimi milites uenite et adiuuate me istum fallacem uincere. uirtutes: O dulcissima

humilitas: Ligate ergo istum o uirtutes preclare.

uirtutes: O regina nostra tibi parebimus et precepta tua in omnibus adimplebimus. uictoria:

Gaudete o socii quia antiquus serpens

480 478 491

ligatus est. Virtutes. Laus tibi Christe rex angelorum.

Castitas. In mente altissimi o Satana caput tuum conculcavi et in virginea forma dulce miraculum colui ubi filius dei venit in mundum unde deiectus es in omnibus spoliis tuis et nunc gaudeant omnes qui habitant in celis quia venter tuus

Diabolus. Tu nescis quid colis quia venter tuus vacuus est pulchra forma de viro sumpta confusus es ubi transis preceptum quod deus in suavi copula precepit unde nescis quid sis.

Quomodo posset me hoc. Castitas. tangere quod tua suggestio polluit per immunditiam incestus unum virum protuli qui genus humanum ad se congregat per nativitatem suam. Virtutes.

O deus quis es tu qui in temetipso hoc magnum consilium habuisti quod destruxit infernalem haustum in publicanis et peccatoribus qui nunc lucent in superna bonitate. Unde o rex laus sit tibi. Virtutes. O pater omnipotens ex te fluit fons in igneo amore perduc filios tuos in rectum ventum velorum aquarum ita ut et nos eos hoc modo perducamus in celestem ierusalem.

In principio omnes creature viruerunt in medio flores floruerunt postea viriditas descendit et istud vir preliator vidit et dixit hoc scio sed aureus numerus nondum est plenus tu ergo paternum speculum aspice in corpore meo fatigationem sustineo parvuli etiam mei deficiunt. Nunc memor esto quod plenitudo que in primo facta est arescere non debuit et tunc in te habuisti quod oculus tuus numquam cederet usque dum corpus meum videres plenum gemmarum. Nam me fatigat quod omnia membra mea in irrisionem vadunt. Pater vide vulnera mea ostendo. Ergo nunc omnes homines genua vestra ad patrem vestrum flectite ut vobis manum suam porrigat.